Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio beati Fileae episcopi de civitate Thimui. pridie. nonas. februarios

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

uero alec'n interpellare rectorem ut reliquiae eius
negarentur omnibus xpianis. Adserens quod re
lictis omnibus. hunc fundenda eet oratio singu
lorum; Itaque summittentibus iudaeis cum uola
issent auferre eum de flamma ignorantes quia
numquam xpm relinquere possumus xpiani. qui
p peccatis nostris pati tanta dignatus est. neque
alteri cuiquā praecem orationis inpendere;
H unc namque di filium adoramus et colimus eius
tamen martires ut discipulos fideles et deuotos
milites honorifice ac libenter amplectimur;
O ramus etiam ut nos socii ipsorum et condiscipu
li ee mereamur; Contentione itaque nostra
et iudaeorum. uiso centurio posuit corpus in mediū;
nos colligimus ut auri gemmamq; priosam et se
pulturae ossa mandauimus; Conuentus itaque
alacriter factus ut pcepit dns conuenire ad
diem natalemque martirii. talia circa beatu
policarpum acta sunt. cum his qui ex filadelphia
fuerunt duodecim martirium zmirna uidet
implesse. solus tamen inter ceteros culturae
meruit principatum; Martirium ergo ex
celsum sustinet et magister adhuc uocatur
apopulo. Hunc omnes optemus imitari secdm
exemplum dni nostri ihu xpi. qui psecutionem
uicit rectoris iniusti. et incorruptionis coro
nam. fugata peccatorum nostrorum morte
suscepit; Cū apostolis et omnibus iustis alacri
ter benedicamus dm et patrem omnipotente
et dnm nostrum ihm xpm salvatorem ānam
mae nostrae. gubernatorem corporum. et
pastorem catholicae totius aecclesiae et spm
scm p quem cuncta cognoscimus; Uos frequen
ter petieratis ut quae gesta fuerant nuntiare
de beato policarpo. Quae omnia nuntiauit per
frem marcianum. Uos iam quia scitis omnib;
p epistolas nuntiate. ut ubique benedicatur
dns bonorum electione seruorum. Potens ē
enim et nos saluare p dnm nostrum ihm xpm
saluatore. p quē ipsi sit est et cum ipso gloria honor
potentia magnitudo in saecula saeculorum. Amen.

Salutate omnes scos. In qui nobiscum sunt omnes salutant.
Caaristus qui scripsit cum omni domo sua martiriu
sci policarpi mense aprelio. vii k maias. maiore
sabbato. hora octaua captus est ab herode pontifice
philippo. troiano proconsule statii quadrati. Gra
tias dno nostro ihu xpo cui gloria. honor. magnitudo
thronum semp et aeternum a generatione in generatio
nem Amen. Exemplaria haec ex herenei discipuli po
licarpi doctrina scripsit gaius qui conuersatus est
una cum hireneo. Ego autem his sacratis ex gagi ex
emplaribus scripsi. Ego pionius memorata exem
plaria inuestigaui et scripsi. Ex reuelatione quae
mihi pate facta est de beato policarpo sicut enuntiaui
in conuentu reliquis ex tempore quo laborauit cū
electis. Et ut me colligat dns ihs xps in regno cae
lorum cum patre et filio et spu sco in saecula saecolorū amē.

EXPLICIT. MARTYRIUM. SCI POLICAR
PI. EPISCOPI.

INCIPIT. PASSIO. BEATI. FI
LVIII LEAE. EPISCOPI. DE CIUITATE
THIMUI. PRID. NON. FEBR.

In posito filea sup ambonem; culcianus praeses dix
illi. potes iam sobrius effici. filea respondit. so
brius sum. et sobrie dego. Culcianus dixit. sacri
fica diis. fileas respondit. Non sacrifico. Culcianus
dixit. quare. fileas respondit. quia sacrae et diuinae
scripturae dicunt. qui immolat diis eradicabitur
nisi soli dno. Culcianus dixit. Immola dno soli.
Fileas respondit. Non immolo. Non enim talia sa
crificia desiderat ds. sacrae enim et diuinae
scripturae dicunt. ut quid mihi multitudinem
sacrificiorum uestrorum dicit dns. plenus ho
locausta arietum et adipe agniorum et sanguine
hircorum nolo. Nec similam offeratis. Unus
autem ex aduocatis dixit. De simila nunc iudi
catis. aut p anima tua agonizas. Culcianus
praeses dixit. qualibus ergo sacrificiis delecta
tur ds tuus. fileas respondit. Corde mundo.
et sensibus sinceris et uerborum uerorum sacri
ficiis delectatur ds. Culcianus dixit. Immola ū.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Fileas respondit. Non immolo. Nec enim didici. Calci
anus dixit. Paulus non immolauit? Fileas respon
dit. Non absit. Calcianus dixit. Moyses non im
molauit? Fileas respondit. Solis iudaeis praeceptu
fuerat sacrificare in hierosolima dō soli. Nunc aut
peccant iudaei. In locis aliis sollemnia sua caele
brantes. Calcianus dixit. Sacrifica iam. Fileas
respondit. Non sacrifico. Calcianus dixit. Anima
hic curam facimus. Fileas respondit. Animae
et corporis. Calcianus dixit. Ad corporis huius.
Fileas respondit. Corporis huius. Calcianus dix.
Caro haec resurgit? Fileas respondit. Ita. Calci
anus rursus dixit illi. Paulus non negauit?
Fileas respondit. Non absit. Calcianus dixit.
Ego iuraui iura et tu. Fileas respondit. Non est nob
p̄ceptum iurare. Sacra enim scriptura dicit.
sit sermo uester est est non non. Calcianus dix.
Paulus non erat p̄secutor. Fileas respondit. Non
absit. Calcianus dixit. Paulus non erat idiota?
Nonne sirus erat. Nonne siriacae disputabat?
Fileas respondit. Nam hebreus erat et graece dispu
tabat. et summam p̄omnibus sapientiā habebat.
Calcianus dixit. Fortasse dicturus es quod et plato
nem p̄cellebat. Fileas respondit. Non solum plato
nem sed etiam cunctis prudentior erat. Et omnes
sapientes suasit. et si uis dicam tibi uoces eius.
Calcianus dixit. Iam sacrifica. Fileas respondit.
Non sacrifico. Calcianus dixit. Conscientia est. Fileas
respondit. Ita. Calcianus dixit. Quomodo ergo
quae ad filios tuos et coniugem conscientia est.
non custodis? Fileas respondit. Quoniam quae ad dm̄
est conscientia eminentior est. Dicit enim sacra
et diuina scriptura. Diliges dnm̄ dm̄ tuum qui
te fecit. Calcianus dixit. Quem dm̄? Fileas ex
tendit manus suas ad caelum dixit. Dm̄ qui fec
caelum et terram mare et omnia quae in eis sunt.
Creatorem et factorem dnm̄ omnium inuisibile
sine inductione et inenarrabile qui solus est et p̄
manet in saecula saeculorum amen. Aduocati
fileam in plurimis loquentem p̄hibebant. dicen
tes ei. Cur resistis praesidi? Fileas respondit.

Ad quod interrogat me respondeo ei. Calcianus
dixit. Iam sacrifica. Fileas respondit. Non sacri
fico. Animae meae parco. Quo non solum xp̄i
parcunt animae suae uerum etiā et gentiles.
Accipe exemplum socratis cum ad mortem duceret.
Adstante ei coniuge et filiis non est reuersus. sed
promptissime camus suscepit. Calcianus dixit.
Deus erat xp̄s? Fileas respondit. Ita. Calcianus dixit.
Quomodo persuasus es dō quod ds̄ eēt. Respondit
fileas. Caecos fecit uidere. surdos audire. leprosos
curauit. mortuos suscitauit. mutos loqui donauit.
et infirmitates multas sanauit. Profluuium ha
bens mulier tetigit fimbriam uestimenti eius
et sanata est. Et alia multa signa et p̄digia fecit.
Calcianus dixit. Et ds̄ crucifixus? Fileas respondit.
Propter nostram salutem crucifixus est. Cruci
fixus quidem sciebat crucifigendus erat. et contu
melias passurū. et dedit semetipsum omnia pati
propter nos. Et enim sacrae scripturae haec pre
dixerant quas iudaei putant se tenere. sed non
tenent. Qui uult ergo ueniat et aspiciet si non ita
se haec habent. Calcianus dixit. Memento
quod te honorauerim. In ciuitate enim tua po
tuissem te iniuriari. Uolens autem te hono
rare non feci. Fileas respondit. Gratias
tibi ago et hanc mihi p̄fectam gratiam
praesta. Calcianus dixit. Quid desideras?
Fileas respondit. Temeritate tua utere. fac
quod tibi iussum est. Calcianus dixit. Sic sine
causa mori uis? Fileas respondit. Non sine
causa sed p̄ dō et ueritate. Calcianus dix.
Paulus ds̄ erat? Fileas respondit. Non. Cal
cianus dixit. Quis ergo erat? Fileas res
pondit. Homo similis nobis. sed sp̄s diuinus
erat in eo. Et in sp̄u uirtutes signa et p̄digia
faciebat. Calcianus dixit. Beneficium te dono
fratri tuo. Fileas respondit. Et tu gratiam
hanc p̄fectam mihi praesta utere temeritate
tua. et quod iussum tibi est fac. Calcianus dix.
Si scirem te indigere. et sic in hanc amentiam
uenisse non tibi parcerem. sed quia substanti

multam habet. ita ut non te solum sed ppe cunctā
ꝓuinciam alere possis. Ideoque parco tibi et sua
deo te immolare. Fileas respondit. Non immolo.
Memet ipsi in hoc parco. Aduocati ad praesidem dix
erunt. Iam immolauit in frontisterio. Fileas dix.
Non immolaui certe. si uere sacrificare dicas. Cul
cianus dixit. Misera uxor tua tibi intendit. File
as respondit. Omnium spirituum nostrorum sal
uator est dns ihs xps. Cui ego uinctus seruio. Potens
est ipse qui me uocauit in hereditatem gloriae suae
et hanc uocare. Aduocati ad psidem dixerunt.
Fileas dilationem petit. Culcianus dixit ad fileam.
Do tibi dilationem: ut cogites tecum. Fileas respond.
Saepe cogitaui et hoc elegi. Aduocati et officium
una cum curature et cum omnibus ppinquis eius
pedes ipsius conplectebantur. rogantes eum ut
respectum haberet uxoris. et curam susciperet
liberorum. Ille uelut si saxo immobili unda adlide
retur garrientium dicta respuere dm in oculis
habere parentes et ppinquos apostolos et marti
(uir qdā autem turmā mili)
res ducere. Aderat tunc, tum romanorum filo
romus nomine; hic cum uidisset fileam circumda
tum lacrimis ppinquorum. nec tamen frangi posse.
Exclamauit dicens; quid inaniter et frustra con
stantiam uiri temptatis quidem quid ō fidelis
est infidelem uultis efficere. Non uidetis quod
oculi eius uestras lacrimas non uident. quod aures
eius uestra uerba non audiunt. quia oculi eius cae
lestem gloriam contuentur. Post haec dicta
cunctorum ira in filoromum uersa unā eandemq;
eum cum fileam subire sententiam poscunt;
quod libenter adnuens iudex. ambos ferire gla
dio iubet. Cumque exissent et irent ad locum
caedis consuetum. frater fileae qui erat unus ex
aduocatis exclamauit dicens; fileas abolitionē
petit. Culcianus reuocans eum dixit. quid ap
pellasti. Fileas respondit. Non apellaui, absit.
huic infelicissimo noli intendere. Ego autē mag
nam ago gratiam regibus et praesidiatui.
qm coheres factus sum xpi ihu. Post haec exiit
fileas. Cumque puenissent ad locum ubi iugulandi
erant. extendit manus suas fileas ad orientem.
et exclamauit dicens. filioli mei carissimi quicumq;
dm quaeritis uigilate ad corda uestra. quia aduer
sarius noster sicut leo rugiens circuit quaerens
quem transferat. nondum passi sumus. Nunc in
cipimus pati. nunc coepimus ēē discipuli xpi. In
uocemus inmaculatum inconphensibilem qui
sedet super cherubim factorem omnium qui est
initium et finis. cui gloria in saecula saeculorū am.
Haec cum dixisset. carnifices iussa iudicis exse
quentes. infatigabiles amborum sps ferro caesis
ceruicibus effugarunt.

EXPLICIT. PASSIO. SCI FILEAE.

LVIIII

INCIPIT. PASSIO. SCAE. DOROTHEAE. VIRGINIS. ET COMITU EIUS. QUAE PASSA EST. IN PROUINT CAPPADOTIAE. APUT. CAESAREAM CIUITATEM. SUB SABRITIO. PRAESIDE. VIII. IDUS. FEBRUARIAS.

In diebus illis in prouintia cappadotiae apud ciuitatē
caesaream quaedam di famula nomine dorothea
haec cotidianis dieb; in castitate et sobrietate. In hu
militate et mansuetudine. In ieiuniis et orationib;
insistebat. Erat autem ita prudentissima ut uix
eam imitari pauci possent uiri. Omnes autem
qui eam nosse poterant. Magnificabant nomen
dni nostri ihu xpi. qui talem haberet famulam.
Cuius erat aspectus gratus uita sca. et sapientia incom
parabilis erat. et inmaculata uirginitas. quae
in tantum extitit in caritate xpi pfecta. ut ad eius
thalamum perueniret. Duplicauit sui sci certami
nis palmam. et unicam uirginitatis coronam
tenens. alteram martirii peruenit ad xpm.
Quo autem ordine passa sit. gestorum euidens pa
gina docet. Cum fama sctitatis eius paures homi
num curreret. peruenit ad psidis psecutoris audi
tum. qui ingressus ciuitatem cappadociam id est
caesaream famosissimam xpianorum. praecepit
dorotheam di famulam coartari. Cumque fuisset
intromissa. illo p tribunali sedente. Inclinato
capite orans dm suum. stetit ante praesidem. f